

## ELEGIA XIV.

## CLEMENTI XIII.

DE LUDOVICO FRATRIS FILIO S. MARCI  
PROCURATORE FACTO.

**E**T si te Petri suprema in sede locatum,  
**U**nde hominum servas providus omne genus,  
**C**onsulis & sæclo cupide in sua damna ruenti,  
**C**urarum adsidue millia multa premunt,  
**N**ec mora quin alid ex alio semper tibi sanctum  
**P**erfundat multa pectus amaritie;  
**D**um aut Orci e tenebris librorum tetra venena,  
**A**ut aliquid alicunde exoritur sceleris,  
**G**liscere nec fraudum cessat genus omne, tuoque  
**M**oliri usque malam perniciem pecori:  
**A**ttamen hic certe tibi candidus, hic tibi certe  
**G**ratus ab Eoo prodiit amne dies;  
**Q**uæque bonas mulcent blande bona gaudia mentes  
**A**ttulit, atque omnes lætitias animi.  
**I**lle tui fratribus claro dum sanguine cretus,  
 (Quem Roma optanti restituit patriæ  
**N**uper; necdum etiam nivea per mœsta cadentes  
 Desuit ora manu tergere lacrimulas;) **P**ræclarus Marci curator limine ab alto  
 Insignis Tyriæ prodit honore togæ.  
**T**antus ut in Veneto niteat, vigeatque senatu,  
**Q**uantus Romuleis hic nitet in patribus  
**C**arolus; eximiis tibi quem virtutibus auctum  
 Purpureo in cœtu semper adesse vides,  
**I**nque sinu tacito lætaris, suaviloquenti  
 Ore ubi fida pio e pectori consilia

Incipit